

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
- GRANADA -
Sala CAJA
Estante A
Número 40

Note de cotar. Boisong. Titulo esse: Miscellaneorum. 10mg. 7.

571 fol. (31 en bl.) Falta los fol. 294 y 530 a 54

10 Junio. 1912

Por tanto mente falta desde
el 540

Caja
6A-40

Not to be used. Group. This is. [unclear] page 7.

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

15

[Faint, illegible text]

R. 30764

[7]

Archivos.

Papeles Danos

Juridicos, Morales, i Historicos,
De diversos Autores

Escritos en varias ocasiones a diferentes
Asuntos

Son todos papeles Munuscriptos.

Miscellaneorum tom. 7. De la Comp. de S. M.
De S. M. de S. M.

De todos los papeles que contiene este tomo
se hallara Indice en la lista
siguiente.

Son del uso del Sr. Pedro De Montenegro

De la Comp. de S. M.

Que los recogio en este tomo Año de 1661.

Alabado

Sea el Santisimo Sacramento

La Imaculada Concepcion de Maria

Santisima Virgen

Concebida sin mancha De culpa Original

Amen.



Manuscrit

De la

de la

de la

de la

de la

de la

de la

de la

de la

de la

de la

de la

de la

de la

de la

de la

de la

de la



Indice

De los Papeles que ai en este tomo de Varas.

- C. 1. Por el Real cédula y Provincia de Andalucía contra el Colegio de S. Emme-
regildo sobre q debe alimentarse al que internarse en la ciudad de la Plata.
- C. 2. Por lo mismo otro papel.
- C. 3. Por el Colegio de Lima contra el Cony y Cabildo de la Iglesia de la
misma Ciudad en el Reino de Peruvia. vide muchos papeles en mi
tom. 5. de Mitellancos.
- C. 4. Por el Colegio de Lima contra los mismos por el punto de Manutencion que
no pagan dichos.
- C. 5. Por la Comp en el Reino de Peruvia en favor del Pontifice infuso.
- C. 6. Sentencia del Arzobispo en el Reino de Peruvia entre la Comp y la Iglesia de
Cuzco.
- C. 7. Por el Colegio de Toledo en el Reino con la Obisporia Arzobispal.
- C. 8. Por el Colegio de Antequera contra la Iglesia de Sevilla.
- C. 9. Por el Consejo de la Reyna en el Reino con el Duque de Acog.
- C. 10. Por el Colegio de Oña en el Reino con D. Alonso de Villaverde
sobre la sucesion de D. Beatriz de Aragon, vide mi tom. 5.
de Mitellancos de 4 fol.
- C. 11. Por D. Ysidor de Guando contra D. Gabriel Anz.
- C. 12. Anales de la Provincia de Guayaquil desde el año de 1632 a 1637.
- C. 13. Historia de la Casa Profesa de Sevilla desde el año de 1611. a 1616.
- C. 14. Historia del Colegio de S. Emmergilda de Sevilla.
- C. 15. estatuta de las escuelas de S. Emmergilda.
- C. 16. Historia del Colegio de S. Emmergilda desde 1602 a 1606.
- C. 17. Historia del Colegio de Guadix desde el año de 1600.
- C. 18. Memorial del mal gobierno del Fuero Arzobispal de Sevilla.
- C. 19. Rayon del R. C. de Cadix ala Ciudad en aver cenir las escuelas de leer
y escribir y allí auto.
- C. 20. Papel de memo, de mixto excoente calatipico q puede y q debe hacer.
- C. 21. Rayon sobre la paga de las escuelas de un cony.
- C. 22. Rayon que se haze en la dedicatoria del libro de gemina Columna
del Sr. Cardenal Belarmino.

23. Reparo sobre la lei // del Toco.

C. 24. Puntos de cuenta en las beatificaciones de Nuestros Santos.

C. 25. Leyes Anexas de la Universidad de Cordova de los años que se
governan en: 1581. y 1584 y 1591 y 1600. y 1607. y 1613.
y 1617. y 1618. y 1619. y 1620. de Cordova de 1637.

C. 26. City de Caspary en materia de Pregonos.

Todo lo que se dice. y como se

M. S.

C. 27. La requesta de A. P. General a favor del P. Melchor de Castro ind. de 1591.

C. 28. Quien fue el fundador del Colegio de S. Ana.

C. 29. Anua del Colegio de S. Emengildo del año de 1620.

C. 30. Sermon de S. Basila.

C. 31. Sermon del B. P. al rei el P. Madaya.

C. 32. Papel acerca del uso de S. Jovian, y S. Xautes. este punto lo trata
el P. Gomez latidamente: en el 1.º quadrante del tomo que tengo
de sus Divas morales.

33. Devociones para difuntos.

C. 34. Carta del Cardinal japonés agradeciendo al P. Landa el esparcimiento.

C. 35. Puntos acerca del Monje de las Virgenidades en la Comp.

C. 36. Varios papeles, y cosas acerca del Monje en Cordova de las religio-
nes contra la Comp. por referirse al Obispo Lobera.



12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

10

55-10

Handwritten signature
1850

Sunt in Provincia Bética sedes quinque et viginti, Patres ducenti, et triginta, scho-
lastici centesimum amplius expleant numerum, et familiares inservientes ducenti
circiter et quadraginta, tyrones numerant nonaginta, qui omnes sexentesimum
quadagesimum secundum collimant numerum: in Professorum domo 63; in Collegio
Hermenegildi Degi 77; in Probationis domo 80, 13 in Anglicana; in Hibernico 4 con-
tum versant e nativ; in Collegio studia repetentium par alitua numerus; in Cordubensi
64; in Granatense 60; in Alcantano 14; in Mantellano 38; in Balciano 14; in vuctensi
9; in Cacozlano 13; in Marcenensi 20; in Antiquitana 19; in Avuxensi 13; in Caemoneysi
6; in Malacensi 22; in Antiqueronsi 12; in Andugarensi 9; in Fregonalensi 22;
in Friguerensi 10; in Xeresensi 15; in Gaditano 17; in laeniensi sede 9; funti sunt
vita 12; in Societatem recepti 36. Alumni, et Collegi, quae alit societas 66.

Domus Professorum.

Note sunt huius domus pro animarum tuenda salute cure, atq; vigilię, sed cum
innumera penes sint, quę pro animis quotidie geruntur, gravissima trisunt, quę litera-
rum desiderant diligentiam. Est hic societas aucta nonnullis. Nobis I. Fran. Xaverij
Beatificatio ea totius civitatis acclamatione, ac plausu, quę decuit in parente domo, cele-
brata, emittit in ea relig. preclara tum senatus ecclesiastici, tum secularis pietas,
quę affecta iam etate vira non magnitudo laboris, non multiplex, ac diuturna ceremo-
nia defatigavit, magno splendore, magno virorum, mulierum quę conventu celebrata
res est: sancti imaginem ita ad vivum aureis ducentis sculptor expressit, ut sculptam,
an vivam ignoret. Qui singulis hebdomadis Cruce sacramentum suscipiant, haud
pauciores sunt mille: diebus, qui maiorem habent venerationem duomilia numerant.
Ex hoc, atq; e contione diebus festis nunquam intermissa, fructus per magnus: resti-
tutiones gradis alieni epri multę, et pacificationes factę: reconciliati precipue optimates,
quorum inimicitie civitati graviores, quo maiorem afferbant iacturam divinarum reru,
humanarumq; multorum neces impeditę. Ab infami amore muliercularum, quibus
cum diu iam vixerant, abducti non pauci: viz nobilis pridie, quam evita migraret, vxo-
rem duxit non inferiori genere, cui inpuerat cum aliquo famę detrimento. Quan-
tum e publica carcere fructus colligatur, facilius equitatu, quam dictu, nam et vincti
fere innumeri, et plerumq; ad supplicia agunt, ita multa viriliter dicta, provisā, facta.
Carcer univversus celebri pompa bis anno posteriore celesti convivio exceptus: id cum fit
adhibetur etiam solenne epulum corpori reficiendo. Hęc propter actalia nos dili-
git civitas, atq; tuctur, et nobilissimus quisq; nostrorum consilio in rebus arduis vob.
Habet autem ad eos mulierum cętus, quę a vulgandi corporis ignominia in certis
honestatis sedes se receperunt, crebra de divinis rebus oratio, prebentq; interdum
aures confitentibus perutiliter. Eadem in puenlem et iam adultam etatem, dum
eorum scholę cętusq; luxuriant, consistunt officia. Nutu illustissimi Archiepiscopi
nostrorum decem in missionem iubilę publicandi gratia milli, horum labor ita
exatit preclarus, quales in alijs literis sepius mandatus. Magna nostri gredij pars
hoc anno circum septa, opus sane aureorum mille prehabitu. Huius urbis thea-
trum triginta mille aureorum, recens structum, senis paratum. Durusena ipsa age-
ret, nescio cuius incuria ^{curia} est, et nisi sus clementię Dñus meminisset,

in felia omnium auditorum interitu pervagaturus esse videretur, nostri, qui flammaram
illas primi senserunt, statim advolant, et in crebris flammaram miris alij confes-
siones audiebant, alij corpora corubusta excipiebant, interim domi nostre gulsu sym-
bali comitante, preces publice agebant, que res maxime pernoctavit civitatem.
Parentis N. Ignatii altare preclaris virtutibus ipsius imaginibus aureis quingentis habitis
apprimè exornatum. Festali cum pomeridianis horis ludus agitando tauris appa-
ret, nostri, et ut periculis, que timebantur, suberent, eadem die in vesperum san-
ctissimum sacramentum magno luminum numero in publicum collocarunt, sa-
cerdosq; ad illud populum pro contione invitavit, tantaq; ad ~~eam~~ ^{omnes} ludis, multi-
tudo convenit, ut templum non admittent universam. Nec desit vir pietate pre-
ditus, qui ut festum hoc singulis quoq; ^{annis} indies provehat, solennitatis expensas inge-
nie signavit. Lychnum pensilem ex argento aureo quinquaginta S. N. Ignatio
quidam litavit. alter B. Xausero aram extruxit, que omnium ornamentorum
genere mille habetur aureis; ana hęc luchs. sede ad domicilio diebus iubilæi illu-
tratur, est sane opus insigne, cum magnitudine nobile, tum artis varietate dis-
tinctum, fulget auro, accensoq; colore, pluribusq; imaginibus ita exornatur, ut
quo cumq; figas obtutus, novus semper deleaseris aspectu. Duo ex nobis in oppidum
prefecti quadragesima insignes deo puctus obtulerunt. plurimi, qui diuturnas
animi labeles, aut nunquam confessione detexerant, aut incauta tunc preterierant,
eas tandem meliore induxerunt in animum, et suam omnem turpitudinem aperire.
Feminarum vero huius virtus libido vsq; eo coercita est, ut sacerdos dumtaxat unus nul-
lum pretermiserit fere mensem, quin aliquot ex eo genere muliercularum ad pœdi-
citi deus ab impuritate illa, cenoq; traduxerit. suiq; concionibus septem ex mere-
tricio ad fugem vitam convertit. Cuiusdam femine amore ita erat incen-
sus, ut nec rebus sacris adesse, et quod deplorandum magis nec angelicam salutatione
recitare valeret, ingressus in ipsa S. N. Ignatii festiuitate templum nostrum, ubi
eiusdem sancti laudes agebant, vi quadam demonis pectore excitata furę et tem-
plo egredi sepius conabat, dum diuine lucis radijs collustratus concioni adfuit, et
cum diu vocanti deo pertinaciter resisteret, obeamq; causam magnis con-
scientię flammis agitaretur, stratus ante S. N. imaginem, vsq; eo animatus et
ad parendū, ut statim abiecto peccatorum onere per confessionem illustriorem
divinę voluntatis significationem non expectavit; nec vans ceciderunt spes, cū
subito ita roboratum senserit animum, ut de templo egressus feminam
impudicam illum eloquentem quasi demonem a se expulserat fugavit. Alius
qui iniuriam in rixa substulerat, ne percussori parcere cogeret, patris sermonem
congressumq; vitabat, verum cum resisteret divinę voci non posset, ad nostros vel invi-
tus accessit, ibi coram dei Marię effigie inimicum amice complexu pre gaudio
lacrymas, et nobis ipsis, et alijs, qui presentes aderant, exitavit. Obijt hoc anno S.
Antonius Gallegos spiritualis coadiutor, qui quinquagesimum in societate atti-
git annum; et quanvis esset infirmissima valetudine, ita tñ in excipiendis confes-
sionum laboribus sedulus fuit, ut ne infirmissimi quidem, robustissimiq; concederet,
nec quisquam dubitat, quin eius interitu preclarum virtutis, et sanctimonis exem-
plum

plum interierit; locupletavit domum hanc, præcipue sacram suppellectilem rebus
maioris pretij, quibus modo potitur: hunc secutus est F. Thomas de Harcon 29. sta-
tis suis anno Coadiutor Temporalis orationis vii studiosus, Euchar. que mysterij
æquè cupidus: ex hoc hominum genere det Deus societati quamplurimos,
qui et proximorum charitate flagrent, et religionis tuæ studio teneant:
ceteri sui quisque muneribus cum laude præsent.

Collegium Hipalense

Edidit gymnasium hoc anno suas fruges tempestivas ac lætas: constat & auditoribus am-
plius mille, quorum virtutis, scientiæ & cupiditas una cum etatibus adolevit: enaboz
numero Theologia quatuor, Philosophia docenda tres occupant, iuventutem ad huma-
nitatem erudunt sex, horum laboro (præter alios, qui se diversis ordinibus addixerunt)
præclarè, indolis viginti in societatem adscripti adolescentes: unus præcipue, tum ge-
nere nobilis, tum ingenio præclarus, Divi Joannis sanctissima de cruce bene-
meritus ex domestica pugna non ignobilem victoriam reportavit, nam cum
parentes illius mentem vel minis averterent vel blanditijs, facta & eis per
Nuntium potestas esset, ut adolescentem, si sequi vellet, abducerent, si sua firmi-
tate ita debilitavit, ac fecit, ut is re penitus desperata satius ducerent iterum redire
domum, quam diuturna, ac inutili pugna suum dedecus augere. Catechismum mag-
no totius urbis emolumento vijs publicis nobis explicant scholastici, nec desunt
concionæ aliquæ, quæ habent per fora compita & singulis anni dominicis, quibus
quamplurimas ad expiandum animum perduxerunt: hoc in officio persuasit
unus sexaginta hominibus, ut de universis criminibus ante altæ vitæ rite confi-
terentur: alter dum verba facientem audit de severitate iudicij Dei pavidus
conscientia, ut ipse postea affirmavit, ita cohorruit animo, ut et corpus corripere-
retur morbo; quo confectus est die octavo, quæ eo tempore sunt necessaria,
sacramentis omnibus Christianorum more perceptis, alius cum peccati fedditatem
audiret deturpare, ita fuit permotus, ut concione peracta, concionatorem voca-
vit, et lacrymis totus pene circumfusus, se uxorem interficere desiderare et
confessus, ab huius sceleris detestando flagitio animum sacerdos revocavit.
Alter animum confessione totius ante altæ vitæ nunquam rite confessus expiavit.
Magna est in hac civitate societatis estimatio, ut frequentia hominum dolenti-
simorum suis dubijs enodandis declarat, Magna hinc erat inter huius urbis
Senatus ex qua grave malum timebat, nostrorum & consilio, et exhortati-
one placata. Quonvis huius collegij finis præcipuus sit profectus litterarum,
nilominus non omittit animarum quamplures eorum proventus, postquam in hac
re quamplures recensere, unum vero non licet præterire: egrotus quidam,
eternæ desperati salutis remedio, Euchar. sacramentum accipere recusavit,
itur ad hominem sacerdos ex nostris, iacebat in lecto aspectu horridus, facie
squallidus, contractis nervis, oculis introsum actis, dicere deformitatem ego-
ri cum turpitudine certare ingenij, dignum & animo domicilium inventum,
cum ad sperandum, ut potuit, exortavit: exclamat furentis similis allatrare ux-
orem ipsam, nos lacorare, in circumstantes convitia iacere ore pumanti, cum

obloquerentur nam, obrepere, obstruere aures, interitari aliquid ipse contume-
lioſe vocibus, n̄ tam ut daret responſum, quam ut ipſi ne exaudirent. nec dubium eſt,
quin arguerit timorem detrectatio certaminis, a quo dicitur inter sacerdotē clara
quidem fama, sed terribi victoria. redit iterum ad certamen, res mira! subito de-
cidit interram linguas, et aurium uſu privat, cum q̄ aliquot dies iacuiſſet ut mor-
tuis, ad lectulum perductus inſtar puriſſi canis in eos, qui se uiderent, irruerat,
muta q̄ erat lingua, maledica, et imis demerſa faucibus, agitari ſuo arbitra-
tu nullo q̄ non poterat, inſtat egrotum ſacerdos, & nuſtibus q̄ ut diuinam miſe-
ricordiam ad memoriam redigat, cohortat, et quomagi in hac re ſollicitus
perſtabat, eo egrotus uehementius a demone torquebat, dulciſſimum Ieſu nu-
men uſurpare non ualebat, ſed in horrendum inferorum baratium debrudi exoptabat,
Chriſti ſanctorumq̄ effigies penitus abhorrerat, nullum deniq̄ proderat medici-
genus, reſpondebat ſibi illa, que dicebant, non eſſe noua, neq̄ ignarum ſe eſſe dicitur
miniſtri ſui, ſed tunc adueniſſe tempus, cum ſibi neceſſario pereundum eſſet, quo-
niam conſtrictus catenis teneret a demone, rogatus per confeſſionem abſolui ne
uellet, ne id quidem optare ſe poſſe dixit, et quamquam non eſſet neſcius, quam
graviter offenderet apud Deum, et quantum adſtrueret ſibi ipſi perniciem,
nunquam tamen ſe commiſſurum, ut ſi confeſſioni cederet, in eo gloriaretur confeſſarius:
ſed neminum incurandi animis, ut in corporibus, par eſt adhibenda conſtantia,
Pater nunquam diuinae bonitatis diffuſus deſuſo egrotantem aſſedit, deſuſo
preceſſioni ſe dat, hortat interim ipſe adhibitis de peccatoribus B. uirgine, et S.
N. Ignatio, cuius ſacrosanctam reliquiam ſuper egrum imponebat, magna q̄ ani-
mi contentione ſupplicare deo inſtitit, ut diſcuſſa caligine, lumen aliquod cecę menti
preferret, finem uix preceſſandi fecerat, cum cęco hinc dies illuxit, itaq̄ ſublatis
inceſſum manibus gratias iſſi, quoſ dixi, ſanctis agere cepit, quod eorum meritis
clariffima ſibi lux eſſet oborta, ut quanto in periculo verſaret, tum demum
aperte perſpiceret, itaq̄ non prius abire edemo Pater conſtituit, quam animam
confeſſione anteaq̄ uite expiaret: illico q̄, ut ſperamus, inceſſum migravit. Soda-
lium ſpiritus eo maioris momenti, quo ſapientiores, ac nobiliores militant ſub vexillo
nec par eſt charitatis laboribus. Collegij incrementa elemeſyſis aucta et ſingen-
ti aureis dabentur. Templum huius collegij (de cuius mira architectura antea ſupe-
riori ſcripſimus) fuit diatum tanta hominum frequentia, et plauſu, quanto mul-
tiſſi abhinc annis ciuitas Hiſpalenſis non uiderat: vnum deſiderari uidebatur ad
commendationem nouę bacilicę, ut quem admodum eſt exornata lapidibus,
ita ſanctorum imaginibus tanquam gemmis illuſtraretur. et primum in
ara maxima magnifico ſtructa opere ſacrificari ceptum eſt: adderat nobi-
lium corona, ceteraq̄ eccleſiaſtici ſenatus pompa, multitudo uero tanta,
quanta noui templi facies, et nouiſſe conſeſſus alexerat. nec deſunt alij, qui
preſcipuo quodam liberalitatis ſudio huic templo munera deferant: aſtitit
ſacro Archiepiſcopus illuſtriſſimus veſte pontificali inſignitus, quod non
parum admirationis procerum Hiſpalenſium animis reconciliavit. inuiſit illu-
triſſimus atrium noſtrum, quod ſane ita omnium oculos inuitabat ornatu

ac venustate, ut ipse non sinitet mirari

450

Domus Probationis.

Qui domo Probationis versant, is præcipue orationi, ac mortificationi operam navant, maxima n. par novitiorum est, quæ quorum excellens perfectionis cupiditas ad omnes officij religionis partes, nescio quomodo vehementius hoc anno incitata est. Obijt J. Antonius Carrillo præclaræ indolis, sed præcipue maturioris virtutis scholasticus, hic cum vigesimum tertium mensem sui tyrocinij attigisset, febris correptus gravissima, brevi curtu septimo die evictæ huius curriculo in celum abiit. Dedit ingenij vna et virtutis præcimen præclarum in ardentiori ægritudine delirio cuiusvis superioris nutui obtemperando; vi febris aliquando e sensibus extrahens exortuus fere ab omnibus videbatur, subita, et ingentis animi lætitia veluti a somno expergefactus in hæc verba prorupit, o mortales quomodo æterna præmia, quæ vos expectant, ignoratis; et cum adstantes flere prospectaret, fletus ac lacrymas prohibebat, quod diceret, nullam ipsi lacrymarum esse causam, quibus adhuc integrum esset vitam in societate deo consecrare: sibi verò maximam, qui tam brevem vitam in dei obsequio consumavit, nec continere se potuit, quin mestis vocibus quæreret, et simulacrum christi complexus, quo subinde convertebat aspectum, illa dulcissima verba usurpabat, gratias tibi ago Bone lesu quod in ridiculo meo moriar, quibus ille quærelis, mirum est quanto motu in eorum, qui aderant, animis concitavit, vnaq; cum morte animam commutavit. Multi sunt, qui, repudiatis vite commodis, nudi ad vexillum christi cæcis advo cant; intus adolescens claro loco natus, cum humanioribus literis perpolitus imprimis, tum præclaris nature donis quibusdam ornatus; is cum ad societatem accederet, diem sibi parentes sumperunt satis laxam ad explorandam, ut illi aiebant, adolescentis constantiam, ut alij interpretabant, ad infirmendam, ac labefactandam; sed tantum abest, ut is aliquid de suo ardore, studioq; remiserit, ut de vicis iterum diuturna pugna parentibus ad novitiorum domum duplicata gloria revertent. Id quidam Theologus magnæ rei apud viros nobiles in societatis numerum adscriptus, summaq; totius tyrocinij, vbiq; edificatione virtutum omnium disciplina versatur. Alter quidem cum a parente, ut in patriam rediret, invitaretur, tanta eum modestia illius blanditijs reiecit, ut omnes, qui aderant, lacrymas non tenerent, paterq; mutata subito voluntate, etiam filij consilium laudare, et ut in susceptæ vite ratione persisteret, hortari cepit; nec vero domum tantum sese nosse labor continuit, sed etiam apud ipsos cives non sine eximio animarum emolumento: civis enim nobilis cum alijs civibus graves gerebat inimicitias: nec reconciliare eum sibi poterat, qui sic a suis patribus dissidebat; tertium n. iam animum penitentis sacramento caruerat, nec prius animi salutem recuperare potuit, quam corporis salutem amisit: iacentem sacerdos nosse invisit, et ad curandum vite animum cohortationis sedulitate permovit, ubi eum deo ingratiæ redijt, tum demum ira deferuit, et inimicos recepit ingratiæ: ita his quasi causis egrotationis adeptis, morbus quoq; ipse remisit, nec ita multo post funditus abiit. Relicta est sacra suppellex aureis trecentis, nec desunt res maioris momenti, ut domus ipsa in progressu magno evohat.

Collegium Anglicanum.

In Seminario Anglicano sacerdos quidam pari pietate ad doctrinam praeditus in patriam remigravit; quinq; in varias relig. se addixerunt, prohi. S. Thomae collegium undecim praeclearis indolis misit adolescenter, ad nostrum gymnasium ventitant, modesta pariter et diligentia excellunt. Magnae sunt scholarum nostris vel exemplo vel ornamento. Nostrum dum in literarum studio versant, et si non possunt illi quidem, ut vellent, servire commodis animorum, tamen si quando eius rei se dedit occasio, eam perlibenter excipiunt. Datae opera curandis Anglicorum, Flandrorumque animis. Hæreticus quidam ad fidem conversus, adolescenter duo fidem nostram etiam amplexi, quorum unus ita roboratus nostrorum concionibus permansit, ut si coram aliquo hæretico fidem profiteri auderet rogatus, responderet cum Calvinisti certamen, et subito congressus optare, ut eorum mendacia, et fictas fabulas redargueret. Anglicanus quidam hæreticus morti iam proximus invicta quadam animi pertinacia, mori, in quo natus erat, errore decreverat, nostri tamen assiduo labore perfecerunt, ut perditæ animæ deus pro sua clementia, ac bonitate succurreret; inter ipsa demonis manus, ac in ipsa pene perditione catholicum se mori dixit velle, et ante mortem emorte resurgere, ceteriq; morte illustri quadam fidei publica professione sempiternam mercatus est vitam. Alter etiam iam etate pro vetus literis nobilitate doctrinaq; prestanti, e patris sedibus hæc profectus obtestari non perdesse cepit, ut sibi liceret verum effici Christi membrum, itaq; peccata rite confessus, et de more heresim detestatus inter Ecclesie membra connumeratus. Nec illud quidem silentio præteribo; alumnus noster ex illis ad nostrum ex S. Thoma pervenerunt, in primo etatis flore, cum adhuc quintum attingisset annum, præclara edidit miracula, que ut modestiq; illius consulam, silentio tacitus præteribo. Augusta est sacra suppellex aureis trecentis

Collegium studia repetentium.

Conceptionis collegium, quamquam exiguum nostrorum numerum alit, tamen exigua colligit utilitates. Sacerdos noster rerum contrahendarum officia cum explicasset, eam mercatoribus relig. iniicit, ut nefarias passionibus pleriq; resciderint, alij fraude sublatum retulerint aurum. est in salubriori civitatis loco constitutum hoc collegium, nec non proximorum commodis aptiori, cum spirituali cibo desatuti in hoc incalq; paga versarent, quorum necessitati sat subventum est; excipiunt indies innumeræ confessiones generales, cetera q; societatis munera pari animarum proventu nostri diligenter obeunt. Collegæ (quorum curam habet Societas) in omnium virtutum ac literarum genere summo studio se exercuerunt. exemplum q; virtutis pariter ac modestie nostris præbent scholis. Nec literarum negatia in animarum commodis Collegi nostris impedimento sunt. in loca n. finitima varijs annis temporibus non sine animarum proventu excursum est. duo capitali odio inter se dissidebant ut

+

421

ut alter alteri necem modis omnibus soueret, hi cum nec plurimum quidem precibus inimicitias deponere voluissent, collegarum tandem opera, suapud pacificati sunt.

Collegium Hibernense

Alumni viginti numerantur non laudanda solum presentibus luce pietatis, sed etiam posteris emulanda; exarsit nempe ignis ex per scripto meditationum P. N. Ignatii duo in societatem, quatuorq; in alia religione adsciti; nec desunt, qui idem consilium coquant in animo, ubi tempus appetierit erupturum. Inter eos porro tanta in literis emulatio, illa alteris ingeniorum, ut tributa qualibet schola veluti republica induas faciones, nihil utilius excogitari potuisse videat. Vix credas quanta inter alumnos ex hac imagine, certamina studiorum, qua efferant letitia, ubi vicerunt, quam pudeat victis, ut se ubiq; rursus nunc invidia, nunc admiratione incitatione accedente, hi ad obliterandam infamiam, illi ad amplificandum decus expugnent. Excitavit deus matronam quandam pietate, atq; opibus eque divitem, que egestati nostre bis mille aureis larga manu subvenit. Quidam in Hiberniam profectus, de hoc seminario viz sane bene meritis obiit. Sacrum funerale peregrinus non sine ingenti alumnorum letitia, exire que utidem pro quibuslibet in missione obitus scabatur expatulant. Magna est apud nobiles alumnorum virtutis existimatio. Blures in procerum Hispanensium manus iuramentum fecere non sine ipsorum letitia, et admiratione. Divina officia cantu, instrumentorumq; concentu celebrant. Etiam tempore in diversa oppida petendi gratia bini se contulerunt, ubi par edificatio elemosinis respondit.

Collegium Cordubense

Prelectiones habent Theologie, ac Philosophiæ quatuor, humaniorum literarum eadem. In societatem septem sunt redacti: horum quidam, cum societatem ardentissimis votis expostularet, temporum fortunis, parentumq; blanditijs sese ab instituto revocavit: et cum a confessorio suo distractus videret, illum ad primam vocationem exhortationibus traducere instituit, et cum frustra labor videret, illum operibus ad se trahere decrevit; ingreditur gymnasium cum adolescente sacerdoti, et in occulto ita acriter se cessit, ut adolescentis rei novitate permotus lacrymas continere non posset ad pedes ipsius provolutus ad dentium societatem expetivit, in quam post aliquot tentamina est redactus. in illa pari omnium admiratione ac exemplo perseverat. Normi Imperatoris victoriam civitas Cordubensis Solemni festo templo in nostro celebravit: ubi magnis utriusq; senatus consensu ceterorumq; huius vrbis nobilium frequentia perarantur. Literarum studia magnum habent in hac vrbe nomen: auxit opinionem hanc gravissima de scientia media controversia, que cum publice in corona preclarissimorum virorum decideret, gravis quidam religiosus pro se D. Augustini auctoritatem mendose referebat, quod cum a nostro preside adverteret, subtilitate pariter ac modestia verba correxerit, et cum res pro utraq; parte rigide ventilaretur ipsius sancti liber in presentia allatus, auctoritas in eo, ut a nostro preside notabatur inventa non sine argumentantis dedecore nostrisq; propugnatoris honore. tanquid repetam de egrotantibus, cum sit nemo, qui in eo potissimum teinge

infirmitatum nostrorum opera uti velit: unus ex hoc genere vocavit sacer-
dotem: hic negat admittendum eius verba ad aures, nisi ipse extrudat mulier-
culam captivam, quam habebat, enim vero egrotus gravate id principio
tulit, deinde ut vidit rem suam agi, manu misit illam, et convenienti dote
amandat nuptiis tradendam, statim auditur a sacerdote Festis diebus nostri
in plateas viasq; vrbis celebriores abeunt, ac turbam, et inertem, et incuriosam
christiani numeris invitata ad sacrum; Utiles et gratum vulgo cum anno
sepius quasi in pompa aducuntur pueri, qui nobis dant operam, per urbem
bini longo ordine modulate canentes, que scire opus christiano; dein ad eadem nos-
tram aucti numero revertuntur. Inambulabat extra civitatem cogita-
bundus homo paucis invitato percussus, a vicinis nostris; duo in agrum e-
gressi, quid animum curarum angeret, requisissent: suamque si opus esset, ope-
ram, atque auxilium humaniter proponissent, nec tamen de concepta metu
remitteret, suspicati sunt nostri gravius aliquid forte subesse, quod tam invitato
vultu hominis atq; oia mutaret: urgent demum, et alacriori studio suam illi operam
pollicentur, qua ille tanta humanitate captus, atq; allestus res occultissimas aper-
vit, quas diu inclusas habere sine conscientie angore non poterat: eumque ad
confessionem totius vite commoverunt, quam non sine ingenti animi letitia
perfectit. Profectus que dam facta est, multa q; instituto nostro pater fecit, que
singulatim percurrere non est necesse: illud tamen quod incurandi rite animis alle-
dit admirabile non silebit: mulier cum graviter egrotaret, et mutantibus sub-
inde Medicis genera curationum, alere diu animum salutari pane non
posset, statuit tandem corpori medicamenti abiectis, unam animi salutem
querere: mira res: Euch^a rite suscepta subito vis morbi remisit, ~~sub~~
brevis q; animi medicina subtulit, quod levare corporis curatio non po-
terat.

Collegium Granatense.

Prelectiones de rebus Theologicis ac Philosophicis habentur septem. om-
nes tam literarum, quam virtutum omnium ornamentis specimen dedere: ho-
rum quatuor obire: sacerdotes duo, quorum unus tanta animi puritate fuit pre-
ditus, ut ille, qui totius vite sue confessionem excepit nunquam baptismi gratiam
amisisse testaverit: alij etiam duo fratres e vita discesserunt, unus scholasticus, alij
F Petrus dela Cruz temporalis coadiutor, qui religⁱ crucem ita portavit, ut om-
nium acclamatione omen nomini dixerit commendandū. Quatuor in societatem
ascripti, horum quidam animi constantiam in paterna pugna non medio-
criter ascendit: multis n. modis pater cum a proposito revocare conatur, matrem
narrat contracto eius causa morbo iacere in lectulo moribundam, hortatur ne
se tanto parricidio inquiet, si matrem, quam sua presentia relevare possit,
sui desiderio confici patiat; hec et id genus alia ad molendum adolescentis
pectus versutus pater excogitabat, sed que magis laborabat, eo magis filium
divina gratia confirmabat, et nunc in societate dat operam, ubi tanto digni-
orem celesti patre se refdat, quanto is est dignior, cui univ^{er}sa deserviant.

Incepit novi templi edificatio maiora quotidie incrementa: faxit deus
 ut quo inspirante feliciter inceptum opus indies procedit, eodem adiuvante
 ex animi sententia perficiatur. Excursiones aliquae Langio respere: maritima
 oppida huius diebus tam multa, ut bimestri spatio ab aliquibus nostrorum obitu
 omnia egre potuerint, ut dicam aliquid exempli causa, ~~triginta ab his du-~~
~~obus, quos viderunt omnem vitam peccata dissolvendo, in tanta multitudine~~
 exacto affirmare numero difficile est: quidam mulierem, cum quae sedecim
 iam annos vixerat, adductus est nostrorum consilio, ut secum matrimonio
 coniungeret: alia quae tres iam annos a viro cum presenti pudicitiae viteque
 periculo aberrabat, cum illo in gratiam rediit: sodales se ipsos in sui muneris
 functione non ignobili societati laude hoc anno excederunt: se excercent
 in confessionibus excipiendis, professionibus & oppidorum perlestrandis
 non mediocri animorum utilitate, Archiepiscopi & illustrissimi S. C. C.
 quidam caelesti via sacerdotes perdoctos, sua diecesu habere proclamant:
 publicum meretricium adventu, et quadragesima per regiam claudi po-
 teratam statutum est. Quidam ex sodalitate hominem perditum femine
 libidine ose pene alienatum ita efficaciter est adorsus, ut apicandi consuetudine
 viginti annorum revocavit statim. Alter pudoris causa peccatum in confes-
 sione per triginta annos peccaverat, nostrorum precibus atq; suasu totius
 vite confessione animum expiavit. Infantium aliquorum baptismata bap-
 tizantium incitiam irritum iteratum. Quidam morbo gravissimo correptus a
 quodam nostrorum in visu, se vinctum a deo in lectulo iacere profitebat, consu-
 lit illi sacerdos, ut peccata elemosynis redimeret, vintraque, qui in custodia
 publicis pecuniarum debitores remanebant, suis facultatibus liberare con-
 tituit: res mira! una vincti a catenis absoluti, et ipse ab egritudine liberatus
 est. sed quantum hominibus sociorum proest industria, ipsi met homines, dum
 grati videri volunt, sua liberalitate testantur, collati sunt in incertam templi fabri-
 cam elemosynae nomine aurei mille: autrumque est sacrum instrumentum
 illustri viri nobili oratorio.

Collegium Antequerense.

Spirituali huius collegij progressus non mediocriter auctus. Intervires gravissima
 gravi erat oborta contentio, nec aliquorum pauci timebant interitus, anatri-
 th, deo dante, eo res pervenit, ut subito tempestas pacaret. Filius illustri loco natus,
 cum a iudice in carcerem detrudi vellet, se ad arma recipiens temerario ausu
 Pretori resistit in platea, sed in basilicam statim recepit: a qua exceptus
 in carcerem conicitur, ubi subito a iudice, ut per vias publicas flagris cederetur
 non sine propinquorum dedecore fuit damnatus: addit pater, et totius rebus nobili-
 tatis, clericorumq; omnis consensu ad iudicem, ut sententiam revocaret, nec vin-
 ci potuit, nisi a nostro D. re emoliret magna cum omnium admiratione, qui
 rem ipsam agredi non potuerunt. In religiosorum templo nobili cuius-
 dam feminae funus agebatur, cui ecclesie senatus pompa funerali presi-
 debat, ortae inter clericos ac religiosos ipsos non levis contentio crucis
 causa parochialis constituende in loco, religiosi que clerum non sine gravi
 infamia e templo egredi compulerunt: eorum res deventa est, ut cessatio

adivinis poneret; nostrum tñ hortatu res composita fuit: ut omittam
alia id generis. In oppidum proximum tres Sacerdotes profecti, ubi cate-
chismus publice per plateas decantabat, omni & populi frequen-
tia conveniebat marchionis exemplo, qui vexillum Christi mani-
bus supplex profererat. sacra supplex centum hoc anno aureis
austa: magna pars domus etiam perfecta, et deo dante anno
sequenti perficiendam speramus. Magnae in hac urbe erga S. N.
Ignatium pietas et religio: nec immerito cum tot miracula indie ex-
periant, unum tñ vel alterum recenseto: in nocti praedij sacello S.
Imago supra altare erat collocata: hanc, cum viri nobiles sacro, quod
agebat in sacello adessent, gutti aquae conpersam adspexerunt, huius
rei causam diligenter indagantes non invenerunt, linteis & imagi-
nis aquam humiles tergebant, et subito eius facies in palido mu-
tata colore novae sudoris guttae & virgulti adstantium stupore per ima-
ginem ipsam decurrebant: divulgatum e in civitate miraculum, in nu-
merum tum rei novitate, tum pietatis officij permoti ad praedij advolant,
oculis & ipsi rem ipsam comprobarunt; testibus & viginti nobilioribus apud
notarium res est comprobata. Mulier, cum caput splendoris causa lava-
ret, subito oculorum lumen amisit, et cum omnia frustra tentarent
remedia S. N. Ignatio humili obsequio promissit novenarium,
quo peracto, una cum officio lumen oculorum recuperavit: nec hoc
solum a S. S. N. recepit beneficium, cum eiusdem meritis gravissi-
mis infirmitatibus fuerit liberata. Religiosa quaedam cum confecta
ex sacaro bellaria manducaret, cicer in respirationis via nescio
quomodo interclusus e, eo & reddevenit, ut omni destituta remedio
periditari videret, sed parentis, ut potuit, orationem recitavit, et
cicer invenit in ore, quod chirurgi plures nulla artis industria ex-
trahere valuerunt. Mulier quatuor et viginti horis partus nix adolo-
ribus S. S. N. tetigit reliquiam, et una fetum edidit felicissimum.
Nec impar est in hac re miraculorum portentum S. Xaverius: femina
eximiae sanitatis iuramento firmavit, quod cum lectulo quiescendum
iaceret annobis se suo sensu nomine compellari, et subito lucem cla-
rissimam inter splendidissimo duos ceroferos vidisse testatur, hos
sacerdos vespere sacra indutus (quem Xaverium acolyti in caelo sanctum
spiritus celestes compellare testarunt) solenni pompa sequebatur; subito
haec visio ab oculis evanuit, flagrantissimum & sui incubili reliquit
odorem: qua in re mulier ab hac die domesticos Xaverium sanctum
instituit, et praecipit nominare; nec infructuosa illi pietas fuit, cum
amalis corporis, animi & periculis ipsius sancti precibus fuerit liberata.
Mitto innumeros alios, qui eadem receperunt beneficia, inter quos

femina nobilis partum difficilem experta, cum sequenti par-
 tus proxima videret, semorituram esse proclamavit, cum fetus in
 partes ferro divisus haud modico matris dolore, viteq; discrimine primo
 partu fuerit extractus: accessit dies, in quo erat paritura, et cum se
 Xaverio enixe commendaret, magnis circum accedens doloribus terga fe-
 tus ostendit, et statim in ipsis baptizatus, increbescant dolores, et vite dis-
 crimen magis, ac magis timebat, dedit cum manu simul pedem fetus,
 et matris valetudine desperata, potum medici ut in partes fetus divisus
 (qui iam emortuus videbatur) evaderet decernebant, et cum femina
 Xaverii nomen usurparet, res mirra! obstetric fetus integrum sine
 matris lesione extraxit, quod Alledii ipsi ut manifestum miraculum
 proclamarunt.

Sedes Laënenfis

B. S. N. Francisca Xaverius cum universum societatis nostrae edificium Apo-
 lico preclare vite exemplo, flagrantissimo virtutum adore recreavit, tum singulariter
 hoc laënense templum altari nuper suo non minori artificio, quam sumptu exbu-
 ito, auxit simul et illustravit: imago quoq; genitricis Mariae in eminentissimo
 totius ecclesiae constituto loco eam sua praesentia, sui q; picturae admirabili quadam
 excellentia cohonestare dignata est: aucto q; ita atq; adeo ornato templo suo, quoq;
 domus ipsa sine amplificari iam diu incepit: coemptum quippe e' non amplè modo
 sed et commodum terre ad edificandum summo civium consensu, et gaudio patre-
 nel sane mirum, ita n. eaga nostro afficiunt oppidani, ut ipse senatus (omitto
 quotidianos illos innumeros fere gentes ad nostram ecclesiam concursus) lege
 quadam ex diuturna ^{nata} consuetudine nostro festo Patroni nostrum frequen-
 tandi euntiam sese liberos abstrinxit. Frequentes ex hac residentia hoc anno
 facti sunt in vicinas urbes excursus, atq; adeo frequentes victorie. Cardi-
 nalis illustrissimus se in diecesim visendam cum nostris se contulit, cuius
 auctoritate inimicitie non paucè componebant: mulier nobilis quae huius
 oppidi erat scandalum a nostris ad bonam pugem revocata confessionem
 totius vite peregerat, doloribus q; subito gravissimis, omnia vna cum morte
 vitam commutavit. Alio in oppido senex equè prudens ac nobilis residebat,
 huius vici inimicitias in oppidano ipso ferere munus erat; nostrorum conio-
 nibus ita fuit permotus, ut totius vite maculas in confessione retexerit,
 omnesq; discordes non sine magna totius oppidi admiratione, illustrissimi
 ac nostrorum laude in gratiam reconciliauit. Aliquis in locis veritatis
 ingressum demon impedire conatus est: Priores n. quidam ut pote a supre-
 mo ordinem regio consilio electi, plausu, et pompa debita purpurascenti
 ostro, Cardinalem recipere recusabant, nostri difficultatem omnem ea solè
 conditione vicerunt, ut pompa illa Cardinali tantum, et non episcopo Prioribus
 aclamantibus offerret: ingressus e', et sua auctoritate nostrorum q; concionibus
 impares animarum proventus ac in alijs locis non viderunt: inimicitia inter
 duos clericos per annos decem ita recens perseverabat, quo gravior inimi-
 citiae causa erat, alter n. ab alio fuscibus in platea egressus, vivam q; infamiam

209
vini in aratro forebat, nostrorum cohortationibus ingratiam redacti.
Alter, qui nec suscepta in vicinis scia ponere cogeret, confiteri peccata in
morte nolebat, urgente tunc sacerdote nostro, se flexit condonatus, quibus
offerens erat, iniuriis peccata eadem liberalitate confessorio declaravit.
Alter cum quadragesimum iam annum vestiarum ritu viveret (nam nec
sacris unquam aderat, nec deum diuos, & noverat, et quotidie scelera
sceleribus cumulans ad sempiternum ruebat interitum) tandem divina
ex oriente luce suas sordes aspexit, confessusque & statim universa peccata,
tanto honestiorem ingressus est vitam, quanto egrossus erat & fediori. sed
huius generis plura sunt, quam ut necesse habeant singula persequi.

Collegium Montellanum

Ex Fratribus vero unus ultimum diem nuper obiit, cuius excellens in virtu-
tibus studium, spectata in suscepto vite consilio constantia, tum disciplina
